

(vi)

P R A E F A T I O.

Cum ante plures annos Septem contra Thebas e-
dendi consilium cepissem , multis libris necessariis
destitutus prima lineamenta notarum exaravi , qui-
bus majoribus subsidiis oblatis adderem , quae ad
editionem hujus tragœdiae pertinere viderentur . Ad-
ditamentis multis congestis librario textum excu-
endum tradidi , cuius tarditas tanta fuit , ut totam
editionem intermissem , nisi pro foliis typis jam
expressis magnum pretium dandum fuisset . Scho-
liis operam nullam navavi , additamenta retinui , ne
majus tempus consumeretur , et solummodo linea-
menta prima , confusa et saepe parum decocta edi-
di . In corrigendo libro , qui mihi summo taedio

* 2

erat